



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De haeresi Eucraticarum. Cap. XXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

## RERVM MEMO. LIB. III.

ordinatus. Sed & Theophilus quem supradiximus Antiochiae commentarios scribit, & hæreticos qui tunc surrexerant disputationibus præc' aris confutat, & præcipue Martionē, cum quo Irenæus & Modestus magnifice laborat. Sed & Melito Sardinēsis Antistes, & Apollinaris Ierapolitanus celeberrim i habē tur, & scribunt libros pro nostra intercessione Antoni no Imperatori Romano. Extant autem Melitonis multa & præclara opuscula, in quibus ecclesiæ fidei regulam mira depingit ratione. Hic in libello quem de explanatiōe scripturarum scribit, quasi in præfati one enumerat, quæ sint veteris Testamēti volumina, quæ in Canone debeant obseruari.

### IRENAEVS de hærefi Encraticarū.

#### Caput XXIII

**T**unc surgit hæresis Encraticarū à Saturnino & Martione descēdens, damnantiū cibos animaliū, quæ deus cum gratiarum actiōe humanis usibus percipiendos instaurauit, nuptias quoque & fornicationem & corruptionem pari lege iudicantium. Quorum autorē quendam fuisse aiunt Tatianū, qui primo auditor fuit Iustini, & in vita eius nihil tale quidē, pdidit, sed postq' ille martyrio resolut⁹ est, abscidit se ab ecclesijs, doctor⁹ arrogātia tumidus. Et ut maior ceteris æstimaret, propriū docendi instituit stylum. Verum hic Tatianus collationē faciens quādam euangeliorē, nescio quomodo cōponit vñū ex quatuor, qd dyatēsseron nominat. nam etiā nunc ha bet à multis. Extat vñus huius ex multis libellus, quē aduersus gentes scribit, q ex oībus scriptis eius præ-

## HAYMO DE CHRISTIA.

cipius & valde utilis cōprobat. Per idem tēpus pullū lāt innumerē heresēs, & p̄cipue apud Mesopotamīā. Quibus fortis obstar disertissimis disputatiōibus suis Bardesanes quidā, potens in verbo & doctrina, & ve hemens dialecticus, & libros scribit maxime aduersus Martionē. Quos proprialingua, hoc est Syra, cōpositos, discipuli eius in Gr̄cum vertēre sermonem. Soher sedit annis viij. quo tempore etiam Romāne ecclesię Soher episcopus pius & clemens circa fratreſ & sanctus, indigentibus quae corporalis v̄sus expetebat, large impartiens, viuendi finem facit, & nos hic quarti voluminis finem faciamus.

## SOD HAYMONIS EPISCOPI HALBERSTAT.

liber V. Cap. I.



Gitur Soheri episcopo xij. ab apostolis, succedit Eleuterius, xvij anno imperij M. Antonini Veri. Quo in tempore per multas Romani orbis prouincias, ex acclamacione vulgi & seditione aduersum nostros, dirissimae persecuti ones concitantur, ita ut martyrum multa milia per singula loca fiant.

## DE EPISTOLA LVGDVNEN SIS ECCLESIAE.

Caput II.